VERA EXPOSITIO DISPVTATIONIS INSTITVTE mandato D. MARIAE REGINAE Angl. Franc. & Hibern. &c. in Synodo Ecclesiastica, Londini in Comitijs regni ad 18. Octob. Anno 1553.

[illegible] Reuerendissimi Domini, Domini patris ac Domini D. Archiepiscopi Cantuariensis totius Britanniae Primatis ac Angliae [illegible] Legati.

Et

Praesidis ad decem quos Rex Edwardus VI. habuit annos agentis Sessionem.

1. IOAN. 4.

Probate spiritus, an ex deo sint.

S. D. S. M.

1554.

EXPOSI-

TIO. DISPVTA-

TIONIS INSTITV-

PRAEFATIO AD CHRISTIANVM lectorem.

NVper ex Anglia profecto incidit in manus libellus Angl. quo acta exponebantur disputationis ad pauli templum Londini in Comitijs proximis à papicolis simulatæ, in quo sanè cum nihil deprehendissem quod non prius, cum adhuc Londini essem, à viris grauissimis fideq; dignissimis audiueram: in mentē uenit quātum Ecclesiæ, quantum regno Angl. deberem iure hospitij. Cogitabam itaq; quonam officio animum haud immemorē beneficij testari queam. Quoniam uerò disputationis huius

editionis esset non parum ad Ecclesiam totam pertinere, facile in animum induxi (ut etiam alio honesto exercitio tædia itineris & hospitiorum fallerem) libellum hunc latinum facere. Etenim piorum omnium interesse iudico, ut intelligant, qua nuc paucis ab hinc mensibus tyrannide, quibusue artibus Anglicana Ecclesia fere oppressa iaceat: quo pub. & priuatim oēs hanc Ecclesiam deo precibus pijs ardentius commendent, atq; inde etiam serio timere deū discant. Magnum nanq; dei iudicium post Germaniam, modo in Anglia declaratū est: quam indigne Deus ferat uerbi sui ac religionis ueræ contemptum. Ipse sane deus

us noſter is deus eſt, cui placere nunq̃ poteſt iniquitas: zelotes inſuper honoris ſui ſummus, quem ab hypocritis Euangelij prætextu profanari diu perferre nequit: nec tandem ad extremũ impunè fier[illegible], & Idololatris ita cognitionem ſaluris cum doctrina Euãgelij uel abieciſſe, uel contempſiſſe. Quò minus mirũ uideri omnibus debet, quòd eiuſmodi exempla iræ ſuæ Deus edat aut in Eccleſiam ſuam, cum membra eius uita prava, corruptiſq; moribus profeſſionem Euangelij dedecorantu aut in gentem aliquam, quę diuitias regni Chriſti oblatas reiecerit, ſas ſprenerit. Quũ ne eiuſmodi calamitatibus impij ſolum ut ne-

ræ Ecclesiæ insultare, ac in sua superstitione & idolomania magis sibi placere. Nihilominus uera est Euangelij doctrina & religio, tametsi professores eius q̃dã impij cum sint, iusto dei iudicio cadant. Manet cẽ æternum dei sermo, uel cœlum ruat, aut terra & creata cuncta intereant. Nihilò uerior doctrina aut superstitio Papisticæ, aut Mahometicæ sectæ, quòd aliquammultis annis steterint opibus etiam & potentia florentes, longéq; præstantes Ecclesiæ ueræ Christi. Nam cum illarum caput sit Sathan mẽdax & homicida abinitio: qui principatum mundi in hoc sæculo à Deo obtinuit quò posset suos affluctia rerum terrena-

renas, in hac uita beare, talibusq; illos inescare blanditijs: nunq; fe rè insidiatur ubi uera extincta est cum doctrina religio: sed fortiter suos retinet qualicunq; rerum successu, atq; ita finit suo quenq; modo uiuere, nequaq; illorũ impuros mores castigans, donec in æternum ac repentinũ exitium secum pertraxerit. At deus ueritas & uita ipsa, cum decreuerit suos electos uitæ huius atq; gloriæ suæ participes facere: ut bonus parens & uerus amicus non blanditur, ut tandem occidat: sed imò sordes quæ suis ad regni sui consortium destinatis adhuc hærẽt paulatim flabello disciplinæ syncerioris eluit & expurgat. Atq; hinc adeò fit ut

ſit Eccleſiam quoq; ſuam diuinis
admonitionibus, ne ſacrosanctum
eius nomen male apud hoſtes
audiat, ſi talia nimia in ſuis mul-
peccarit. Adde quòd Sathan
hoſtis Eccleſiæ immortalis, ſæ-
pe hoc etiam à deo impetrat ut
Eccleſiam ira diu exercet ac ru-
ſpersus humanis nonnullos à Chri-
ſti ſepuis in ſuas manus pertrahe-
re. Et deus id patitur ut in ſuorũ
infirmitate magis laudetur, &
eorum illuſtrior fiat cũ fide pa-
tientia. Nam ſerpenti illi an-
tiquo & membris eius à princi-
pio conſtitutum eſt, ut tantum
humi repant humiles, ac terram
lingant, hoc eſt, ut terrenis iſtis
ſatientur: cũ interea piis cælum
ſit promiſſum, ut eò quoq; men-

tibus atq; animis assurgant, non in terris demorentur. Quapropter omnes uos oratos uolo quicunq; Christi nomine censeri uultis, tandem aliquando iustitiam ueram discite, his tam duris exemplis admoniti, & deum uerum patrē domini nostri Iesu Christi reuereminiq; que uelitis deinceps amplius religionem aut doctrinam ueram Christi rerū externarū euentu æstimare: ne cū Ieroboamo, Sennacheribo, impia Iezabele, atq; eorum sectatoribus sit pars uestra: si rerum uestrarum successu nō ad dei unius uiui atq; omnipotentis patris domini nostri Iesu Christi gloriā promouēdam excitemini: uel si

laudem huius totam uel etiam partem brachio uestro, aut uestris idolis argenteis, aureis, lapideis, ligneis atq; panaceis transferatis. Quamuis enim Deus in suæ Ecclesiæ membra seuerius nonnunq; animaduertat, nihilo tamen sanctior est Ecclesia Antichristi quàm uera Ecclesia Christi. In hac enim spiritu sancto per uerbi ministeriū assiduè peccata redarguente fit ut leuissima quæq; mox appareāt cum fœdiss. & turpiss. quæq; apud Antichristianos nō solum non agnoscantur: sed risum & ludum faciant: quòd his oblectetur eorum deus Sathan. Expendat qui uolet utriusq; Ecclesiæ mores, nihil me mentiri pronū-

 ciabit,

ciabit, quoscunq; ordines inter se componat. Maximè uerò in ordine ministerij Ecclesiastici deprehẽdet: in papicolis regnare diabolum, in alteris autem ipsum Christum. Quamuis & hos homines esse non diffiteor. Faxit deus Opt. Maxi. tandem hæc duo florentiss. regna Angl. & Germ. his plagis ad mentem meliorem redeant: ut abnegata omni impietate Idololatriæ, ac uitæ impurioris se deo fidos seruos approbent. Reliquis autem eam lucem deus immittat, qua possint è tenebris ad uerum lumen Euangelij emergere. Leges porrò istæc ó amantissimè in Christo frater cum attentione animi & iudicio recto, quò possis

possis relicto mendacio veritatem tutus amplecti. Neq; te offendat obsecro styli nostri tenuitas. Nos veritati studuimus, & piorum ædificationi, Ornari res ipsa negat contenta doceri. Benevale, è Pandocheo 5. Calēd. Februarij, Anno Christi carne nostra ex virginis Mariæ substantia induti 1514. Qui fuit à crucifixis Iezabelis sacerdotibus 1514. Dominus vindicet ista blasphemias sui nominis, & vim illatam suis ac suæ religioni & doctrinæ per plusq; Iezabelitas papicolas qui Papæ iugum denuò imponere conantur cervicibus populi sui, sed, quatenus liberrimo

PRECATIO SANCTISS. ATQVE INNOCENTIS. principis Eduuardi VI. Angl. Franc. atq; Hibern. Regis, quam meditabundus clausis oculis paulo antequam ageret animam fudit ad deum, Annum iam agens etatis 17, & regni 7. Anno Christi 1553.

DOMINE Deus, eripe me ex hac misera & molestiß. uita, atq; in cœtũ electorum tuorum recipias. Attamen nõ quod uolo, sed tua solius uoluntas fiat. O Domine tibi animam meam commendo. Tu Domine nosti, quàm fœlix ac beata foret mea conditio, si tecum essem. Sed in gratiam electorum tuorum seruabar uitam, nec priſtinæ sanitati restituito, ut possim fideliter tibi inseruire. Ah mi Domine, benignus & propitius esto populo tuo, ac hereditariũ tuum regnũ serua. Ah Domine Deus, serua electum poptuum Angl. Ah mi Domine Deus tuere hoc Regnum, atq; ab eo papismum prohibeto: & ueram religionẽ ac purũ nominis tui cultum defendito: quò uiuamus ego & populus me-

ut laudare & celebrare sacrosanctum nomen tuum. Amen.

Post horas tres animam deo reddidit cum his uerbis & breui precatiuncula.

Iam mihi deficiunt uires. O Domine miserere mei, atq; hãc animam accipito.

ORationem hanc & uerba nouiß. Regis iuuenis (quo sanctiorem principem natum mundus non uidit) ideò hic adiecimus, amice lector: ut pietatem iuuenis Regis intuereris: & simul hoc cõsiderares, quàm illi fuerit cordi salus pop. & uera religio Christi. Obseruaui ego sæpe eius Maiest. in precibus, ad hanc ministrorum precem, (O Lord saue thy people.) illum paßis mãnibus & oculis in cœlum sublenatis eandem orare. Deniq; ex his eius postremis uerbis intelliges, spiritum sanctũ iam prænunciasse has Sathanæ & Antichristi serui eius insidias & impreßiones in ueram Ecclesiam dei. Quarum sequens disputatio tibi specimẽ dabit. Lege & iudica: & quod bonũ est atq; uerbo dei consentaneum teneto. Vale.

O Domine saluum fac populum tuum.

V. P.

DISPVTATORES,

Euangelici. Papicolæ.

D. Decanus Roſſenſis. Doctor Vueſtanus

Dominus Iacobus Haddonus decanus exoniens. & principi D. Duci Suffolkiæ à ſacris cõcionibus.

Illuſtriſs. Doct. Moremannus.

Doct. Vuatſonus.

D. Io. Filpotus Archidiaconus Vuintoniẽſis.

Harpffeldus.

D. Cheadſeyus.

D. Cheyneyus Archidiaconus Herford.

M. Picus.

D. Io. Arlmerus Archidiaconus Stouuenſ.

M. Morganus.

D. Iong. Cantor Meneuenſis. Hic poſtremus quamuis non diſputauerit tamen cum cæteris 5. ſuum Chirographum ſynodo denegauit.

D. And. Perne. Hic quamuis incautus ſubſcripſerat, poſtea tamen occaſione data ueritati aſſenſit, & diſputauit die 4.

Quæstiones de quibus hic disputatur.

PRIMA.

Num in sacramento Eucharistiæ post sanctificationem panis & uini, tota illorũ substantia euanescat transmutata in corpus & sanguinem Christi?

ALTERA QVAESTIO.

An in Eucharistia corpus naturale Christi teneri & corporaliter adsit præsens, siue per transubstantiationem elementorũ in corpus & sanguinem, siue per cominctionem (ubi loquuntur) concomitantiæ?

EXPOSITIO VERA DISPVTATIONIS MANDATO Reginæ inceptæ in æde Synodali Londini in Comitijs regni ad 18. Octob. 1553.

VM passim plurimi idemq; uarij spurfi rumores sint de ea disputatione, quæ nuper Londini tantum cœpta fuit in Synodali æde: factum operæ pretium sibi uisus est is qui omnibus interfuit, quò possint omnes certò nôsse quæcunq; inibi facta dictáue sunt, si totius disputationis seriem prolixè pasim antibus unicis exponeret.

DIEI. I. ACTA.

IN primis feria 4. quæ fuit dies Octob. 18. post meridiem D. Vuestonus prolocutor Synodo exposuit, Reginam iubere (quandoquidem huc iam conuenissent uiri non pauci

D. Vueston. prolocutor. destinet minare lector si uero

Illud reputes similiter habe re labra lactu eas: ne quid te offendat quòd homo impudi eus & impurus huic synodo præeat. Quod pace dictũ ta men sit bone storum uirorũ qui adhuc in eo cœtu ad tem pus uersabantur.

eruditi & prudentes) ut ipse inter se religio nis præcipua capita diligenter exuterent, atq; adeò leges sciscerent, quas Regi nea Ma iestas Comitiorum autoritate approbaret ac ratas firmasq; haberet. Porrò en uobis (aiebat ille) libellus non ita pridem sub no mine synodi huius uenerandæ editus, sine ne stro attamen assensu, cui titulus est Catechis mus [ac librum synodo obtulit] pestifera doctri na refertus, atq; hæresecon pleniss. [ita loqueba tur homo impius de libello castiss.] atq; alius fa rinæ non dissimilis liber communium precum uere abominandus: [eo enim uocabulo utebatur] quapropter optimum atq; consultiss. foret, ut ab ijs primũ Catechismi locis exordiremur, in quibus de sacramento altaris mentio est: quò Christi præsentia naturalis in sacramen to, atq; adeò transsubstantiatio ipsa comprò bari & cõstabiliri firmiter possint. Ac pinde omnibus potestatẽ fieri oportet in proximam feriã sextã quidq̃ de istis rebus quisq; apud suã conscientiã sentiat liberè ac palã eloqui, ut dubia oia remouerantur, argumentisq; sin gulorum dissolutis, omnibus fieri satis possit.

Quam ampla promittunt, quia putant ne minem superesse in eo cœtu ueritatis asser torem: reliquis ante in carcere missis quorum ipsi eruditionẽ & autoritatẽ uerebantur.

DIEI. II. ACTA.

Quum

QVum igitur iam præstitutum adesset tempus Octob. 20. omnesq; attentis animis expectarent disputationis promissæ exordium aliquod fieri: ecce prolocutor ad Synodum refert schedas duas, quarum una, Christi naturalis in sacramẽto præsentia affirmabatur: altera uerò, Catechismum neq; synodi autoritate editum, neq; eidem etiamnum adhuc synodũ assentiri postulabat itaq; ut tota synodus, quemadmodum iam ipse fecerat, his duobus decretis subscriberet: id quod non egrè impetrauit à reliquis: tantũ sex reclamãtibus, puta, Decano roffensi, Decano exoniens. Archidiacono Vuinton. Archidiacono Herfordiensi, Archidiacono Stouuensi & (si non fallit memoria) Cantore meneuensi. Cum itaq; omnes, uti iam expositum est, schedas illas approbassent, atq; etiam subscripsissent, tum D. Io. Filpotus astans sic exorsus est. IOAN. FILPOTVS. Videmini omnes turpissimè falli, quòd uos ita offendat Catechismi inscriptio, quæ sub nomine Synodi Londinens. proximè prodierit. Quid enim si plerique eorũ qui tũ interfuere synodo nunq; postea cõscij huius fuerũt editionis

Hoc primum si dei suæ specimen dant papicolæ.

Hoc scilicet erat disputare, ut pop. postea res tanq; disputata obtruderetur illarum decretum.

Respondetur hic pro editione Catechismi Crimine ex hoc uno discas omnes papicolarum nugas.

nis? An non ea ſynodus poteſtatem fecerat certis quibuſdam uiris à Rege deſignatis, ut leges Eccleſiaſticas conderent? Quaſcunq; autem leges illi, aut omnes, aut maxima eorum pars, conſtituiſſent, nomine autoritate Comitiorum, leges eæ ratæ erant: ac nomine Londinenſis ſynodi iure cenſeri poterant, quamuis non omnes qui Synodo interfuerant aut nunc interſunt eius editionis conſcij fuiſſent? Nolite igitur putare ſynodo iniuriam illã, aut probrũ ullũ fieri hac editione (quẽadmodum uidemini ueſtro ſcripto uelle orbi perſuadere) quandoquidẽ eius autores hanc poteſtatem à tota ſynodo, uti iam expoſitum eſt, acceperant. Quod porrò præſentiam naturalem Chriſti in ſacramento attinet, ſanè cum huic repugnet nõ tantum ratio, ſed omnis doctrina purior & ſanior, Vos nimis iniquo præiudicio cauſam hanc ac ueritatem ipſam prægraduri eſtis, ſi tam leuiter ſubſcribatis prius quam rem ipſam propius ac diligentius examinaueritis.

Ad ſecundam ſchedam reſp. Vide quam prudenter eorum technas ſtatim olfacit & pie detegit.

Cum hæc ita loqueretur, neq; ſynodum commoueri uel tantillum cerneret: ipſe tum perculſus atq; attonito ſimilis, uidens coronã uiro-

Quid ad hæc ſperet qui tam patrimiſtis ra-

uirorum plurimorum eruditissimorum, qui tamen conuenissent omnes magis, ut ueteres traditiones reuocatas pop. obtruderent ac sua autoritate firmarent, quàm ut ueritatem uerbi dei cõstabilirent: ipse tum prolocutorẽ his fere uerbis est allocutus. IOAN. FI-POTVS. Quandoquidem uideo aduersa-riæ tantũ partis conuenisse uiros ætate gra-ues atq; eruditione præstantes eo numero, cui fortasse nequeat in toto Regno par nu-merus temerè inueniri: Atq; ij q iam subscri-bere negabant tantũ sex sint neq; ætate neq; eruditione cum cæteris tanto numero confe-rendi: quò fit hæc disputatio æquior, paribus utrinq; copijs, te oratũ uolo D. Prolocutor, cum DD. Episcopis agas, quò liceat aliquot paris eruditionis uiros huc accersere, ac no-minatim eos qui Catechismũ hunc ediderunt: qui poterunt pro sua eruditione facilè causas huius editionis reddere. Quin hoc etiã obse-cro, ut adsit D. Ryddeyus cum M. Rogero, & alijs duobus aut tribus ad tuendas has partes.

tionibus commouentur?

Quæ sanè oratio uisa est perhonesta. Sed cum DD. Episcopis exposita esset, Negarũt illi hoc in sua esse potestate: cum eorum non-

Dñs Ryddeyus est ipse Præsul-pus uerus Lon-dinẽ. ante Co

militia astutè in carcerem conjectus cum aliis nonnullis, quorum isti papicolæ scilicet uerebantur eruditionem & autoritatem.

* Is est Com. Arundelius qui ad nobilitatis antiquiss. ornamenta, adiecit etiam eruditionem nō uulgarem.

nulli iam in carcere essent. Velle ajtanē apud Senatum intimum Reginæ intercedere pro his hominibus. Quod si absint aliqui quorum interesset adesse, placere, ut hos ipsi aduocet, & sibi, si lubeat, adiungant. Post hæc cū iam disputationem aggressuri uiderentur, Ecce quidam generosus accessit, nomine Domini magni * œconomi significans, Ipsum eū Comite Deuoniensi (qui sanguine ortus regio quamuis à pueris carcere clausus fuerit, in omni tamen disciplinarū genere non mediocriter eruditus natalibus nuper æquiss. indicio Comitiorum restitutus est) uelle disputationi interesse. Atq; ita extracta est in feriā secundam proximam ad horam 1. pomerid. disputatio.

DIEI III. ACT.

QVo die 32. Octob. ad horam conditam, astantibus non paucis Comitibus, Regulis, Equitibus, ac generosis, cum quamplurimis aulicis atq; etiam Londinensib. ciuib. sic prolocutor exorsus est. VVESTON. Nemo uestrum existimet uiri Clariss. disputationē hanc à Synodo institutam, perinde quasi in dubium uocetur ipsa ueritā,

Vide hominis astum.

bat, cui omnes assenserunt, atq; subscripserũt etiam, paucis tantum exceptis, nempe 5. aut 6. hominibus, quorum argumentis & rationibus nullo labore poterit fieri satis, id quod omnes facilè iudicabitis. Quin ipsos quoq; in nostram pedibus ituros sentẽtiam nihil addubitamus. Proinde tu Domine Haddone, si quid habes quod contra dicas, aut in propositis quæstionibus disputes: Age fiat ut lubet. HADDON. Quin ego iam scripto tibi significaui, me non facturum: nisi adsint prius ij quos postulauimus. VVESTON. Tu autem D. Aelmere, quid ais? AELMERVS. Prorsus idem quod D. Haddonus. Addo præterea, Vos uestra subscriptione intempestiua anteq̃ res probè examinata foret, nimis magnum & iniquum præiudicium aduersus hanc causam feciſſe. Quid enim disputando proficietur ad ueritatis cognitionem, cum uos iam prorsus in contrarium decreueritis? VVESTON. At uerò D. Cheyneyus Synodo assentitur, quòd præsentiam Christi in sacramento attinet: quamuis transubstantiationẽ neget, quòd se putet niti nonnullis firmis rationibus & autoritati-

but. Quibus cũ satis fieri ac respõderi optet, Vos ipsi intelligetis, si modò uelit argumenta sua exponere, quibus in hãc dubitationẽ adductus est. CHEYNEYVS. Imò uerè ex animo id audire opto, qua ratione dilui possint ea quæ me impediunt, quo minus uobiscum de transubstantiatione assentiar.

Dub. 1. Primum autem meũ dubium est è dictis pauli ad Cor. ubi de sacramento cum loquitur, subinde panem appellat etiam post consecrationem.

Dub. 2. Alterum mihi facit Origenes, affirmans materiam sacramenti huius in uentrem atq; in secessum ire.

Dub. 3. Tertium porrò efficit Theodoretus, qui de sacramentali pane & uino diserte affirmat, Illa neq; etiã à consecratione, naturalem substantiam figuram aut formam exuere. Hæc sunt pars mearum rationum, quæ mihi dubitationem hanc iniiciunt, quibus quid respondeatur expecto.

Hic prolocutor D. Moremannum desiderat, qui ad hæc respondeat. MOREMANNVS. Ad id quod ex paulo adduxisti primum ita respondeo: Sacramentum uocari à paulo panem, eo sensu, ut sit panis sacramentum panis, nempe figura panis.

Paul. 1. Cor. 10. 11.

CHEY-

CHEYNEYVS. Atqui Hisychius sacramentũ modò panẽ, modò carnem uocat.

MOREMAN. Sanè Hisychio panis dicitur, non qui iam sit, sed qui antea fuerit. Porrò Theodoreti autoritate non ignoro quàm multi abutantur, accipientes id quod in specie tantum dicitur tanq̃ in genere foret dictum. Atq; ita Petrus Martyr quoq; hallucinatur ὁυσιαν substantiam interpretatus: quamuis illa sit propria soli uerbo. Alioqui ὁυσια communis nox est accidentium & substantiæ. Proinde cum Theodoretus affirmat sacramenta corporis Christi panem & uinũ nequaq̃ exuere naturalem suam ὁυσιαν substantiam, formã, & figurã, id intelligi debet de accidentali substãtia seu ὁυσια & forma.

His auditis D. Cheyneyus cõsedit. Sed D. Aelmerus consurgens, quòd non æquo animo ferret tã frigide responsum ad hanc tam grauem autoritatem, cæpit urgere acrius Theodoreti sententiam à Cheyneyo laudatam.

AELMERVS. Id quod respondisti Moremanne, neq; iustum, neq; æquum uidetur, sed quasi effugium quoddam, cum longè aliter sentiat Theodoretus. Nam si ὁυσια eo loci ac-

Callidus homo origenem transilit. Theodoretus.

DD. Petrus Martyr Italus qui quãuis magno loco esset apud suos florẽtinos atq; etiã Romæ, prætulit tamen exemplo Mosis Ecclesiæ Christi paupertatẽ huius mundi diuitijs, in qua ĩ totos duodecim annos exilio uoluntario uersatus est doctrina & morib. sanctiss. ut lucifer aliquis matutinus Ecclesiam exortus, le a Rege Edua-

dō vocatus The logiam profes sus est axonij seu sexennio to dos: donec Anti christo regnū antiquum repe teret, coactus est vrbem Argentinam, ubi honorificè ex ceptus, tanquā magister ibi degit. Lege ipsius comment. in epist. ad Cor.

Moremanus deficit.

Ioan. Filpotus post Aelmarū insectatur Moremanni prodit errores eius obscuros.

Hæresis eutychiana,

ei accidentia significet, superflua sunt quæ sequuntur εἰδος καὶ σχημα, quæ nos formam & figuram interpretamur, quibus sanè videtur Theodoretus pauis accidētia significasse.

Posthæc nō pauca ex eodē Theodoreto in medium adduxit, ut comprobaret ουσιαν nō posse ita uniuersim & in genere accipi hoc loco, uti Moremannus putabat, ut palam faceret, illum nihil quàm latibulum quærere hac sua interpretatione. Cū porrò Moremannus nihil præsidij haberet prætrea ad suam firmandam sententiam, neq; aliud quidq̄ respōderet: Aelmerus hominis importunitatem non ferens locum cessit. Quem tamē Filpotus ita excepit. IO. FILPOTVS. At nō posse omnino constare Moremanni interpretationem seu effugium quasi οὐσία mihi accidentalem substantiam significet, facilè comprobauero. Nam ipsum argumentum in quo ibi Theodoretus uersatur, atq; ipsa comparatio quam eo inducit longè diuersum ostendunt. Namq; ipse aduersus Eutychen hæreticū disputat detrahentem Christo alteram naturā, cū sit una persona: cuius humanitas post perfectā generis hum. salutē in cælos assumpta, iū-

Ááq

ſtæq; diuinitati penitus ab hac abſorpta eſſe-
merit, ne in Chriſto quidq; ſuperſit præter ip-
ſam diuinitatẽ. Sed hunc errorem Theodore-
tus cõuellit cõparatione ſacramenti: Quem-
admodũ (inquiens) in ſacramento corporis
Chriſti poſt ipſam ſanctificationẽ exiſtit Chri
ſti humanitas cũ panis ſubſtantia: quæ ſemper
eadem manet immutata, nõ autem abſorpta
humanitatis acceſſione, cui ſanè uirtute atq;
operatione d. cõiuncta eſt: ita in Chriſti per-
ſona iam in cælos recepta (cuius tanq; imago
quædam eſt ſ. hoc ſacramentũ) binæ exiſtiũt
diuerſæ ſubſtantiæ, diuinitatis et humanita-
tis, coniunctæ in una hypoſtaſi ſeu perſona,
q eſt Chriſtus, neq; humanitate abſorpta
propter diuinitatis coniunctionẽ: ſed immo
manente integra ipſius formali ſubſtantia.
Quæ Theodoreti cõparatio aduerſus Euty-
chen nihil prorſus efficeret, ſi ſacramẽti ſub-
ſtantia nõ maneat prorſus eadem quæ fuerat
prius. Quòd ſi tua Maremanne interpretatio
ualeret: ſanè tũ hæreticus ille ex ipſius Theo-
doreti oratione facilè ſuã euicerit hæſim,
ac ſeipſum uere Orthodoxũ approbauerit.
Etenim iſta utetur aduerſus Theod. oratione.

Quem-

Rogatum te uolumus candi dè lector, ut nos deinceps excuſatos habeas in cienſio ne theodoreti. Cum enim deeſſent nobis libri coacti fuimus ſequi lectionẽ angl. Cũ multa erant deinceps a nobis addẽda ſi græcũ codicem habuiſſemus.

Imo iam hoc ipso usus fuerat argumento contra quod ea quæ supra sunt allegata rege-rat Theodoretus.

Quemadmodum ô Theodorete, aut tu potius Moremanne, puto à sanctificatione panis substantiam in sacramento absorberi proximo conuersam in humanum Christi corpus, adeò quòd in sacramento unica sit substantia humanitatis Christi, nulla aut panis qui fuerat ante: ad eundem modum mihi licet pronunciare ex tua ipsius comparatione, humanitatem Christi in cælos assumptam diuinitati adiunctam, potentia eiusdem diuinitatis absorptam, penitusq; conuersam in unam d. substantiam: ne in Christo supersit quidquàm præter d. naturam, uti signis sacramentalibus Cœnæ accidere tu iam affirmasti.

Morenamus obmutescit.

Ad hæc Morenanno obmutescente, rursum ita, IO. FILPOTVS. Age dum M. Morenanne, si deest nunc tibi quod ad hæc respondeas, rogo si potes aliquid excogites in proximum nostrum congressum.

Vuestonius insultat.

Quo graviter offensus sic contra excepit VVESTON. Haud sanè licebit ita gloriari: sed habebis qui respondeat, tuáq; diluat. IO. FILPOTVS. Imò votis omnibus hoc unum expeto, ut huic argumento diserè absq; ullis ambagibus respondeatur.

Atq;

Atq; id nunc abs te totáq; Synodo postulo. Quamuis certus sum, & tibi confirmo, nunquam id uos etiam simul omnes facturos, modò sua semper sit salua Theodor. autoritas, & comparatio integra maneat nulla peregrina interpretatione violata.

Hic quia Filpoto nihil respõderi poterat, silentium imperatum est. Tum sic excepit DECANVS ROFFENSIS. Si per uos licebit uidere, legere, audire & cognoscere quid scriptura sancta, quid doctores Ecclesiæ uetustiss. doceant, neq; illis fuũ detrahat põdus, quò minus illis fidẽ adhibeamus, eos sequamur: habeo nonnulla aduersus hanc naturalem Christi præsentiam, quam in sacramento statuitis. Imprimis sunt uerba Christi apud Matth. 26. quibus si credere & obtemperare uolemus, iam finis erit omnis disputationis. Etenim diserte Christus de seipso affirmat, Nos semp habituros pauperes nobiscũ, ipsum uerò non semper. Id quod de sua præsentia naturali dixit. Quapropter si uerbis ipsius fidem habemus, credendum est certò, haud quaq; corpus eius naturaliter posse præsens adesse in terris, atq; adeò nec in sacramento.

Filpotus silentium indicitur.

Hoc scilicet est soluere argumentũ plane magistraliter.

Nota hæc Christi uerba atq; illud Pauli, 2. Cor. 5. Quãdiu domi sumus in corpore, nos abesse a domino.

Obserua Vuesto. solutionē leuiuſ, imo nec ſanæ mētis homine dignam.

mento. VVESTON. Id porrò ita intelligendum: nō ſemper Chriſtum nobiſcū fore vt eleemoſynam acciplat, ſed pro eo futuros pauperes. DECANVS ROFFENS. Atqui tuam iſtam interpretationē ſeu depravationem potius, manifeſtis verbis Auguſtin. conuellit in hanc ferè ſententiā ſcribens tractatu in Ioan. 50. Quando Chriſtus ait, me non ſemp nobiſcū habebitis, loquitur de præſentia corporis ſui. Nam maieſtate ipſius atq; prouidentia & ineffabili inuiſibiliq; gratia ſit illud idem quod de ſe ipſo teſtatur, Ecce ego nobiſcū ſum vſq; ad conſummationē ſeculi. Sed in carne quā ſibi ſumpſit natus de maria virgine, & à Iudæis captus, crucig; affixus, quæ de cruce depoſita atq; ſyndone involuta, clauſaq; ſepulchro, in qua etiam ē reſurrexiſſet apparuit, nō ſemper cum habiturī nobiſcum ſumus. Qui porrò? Nempe corpore præſens cum diſcipulis verſatus eſt diebus 40. cumq; illo ipſi fuerunt ut ſpectarent, non tamen abeuntem ſequerentur. Aſcendit: neq; hic amplius eſt, quia ibi in cælo conſedit ad dexteram patris. Rurſum ipſe hic ſemper adeſt, quia Maieſtas ipſius hinc

Obſeruand. Aug. ſententia.

non

non discessit. Vno quidem modo Christū semper habemus præsentem Maiestate sua. Sed de carnis præsentia dictum est, Non semper habebitis me uobiscum. Nanq; Ecclesia carne præsentem ipsum ad dies paucos habuit. At modò ipsa illum apprehendit uidetq;, sed fide, non oculis. VVATSONVS. Huic D. Augustin. sententiæ facilè respondebo: atq; eu uobis ex ipso Augustino [allegauit hæc ex libello locorum communium] sententiam aliam planè diuersam. Ità enim scribit tract. in Ioan. 90. Post conditionem mortalitatis nunc non habemus Christum in terra, uti erat antequam pateretur. IO. FILPOTVS. At M. Vuatsone non rectè neque satis planè respondes Augustino per ipsum Augustinum (uti hic iactas) Nam in loco à D. Decano Roffensi iam laudato non solum docere uult Augustinus, mortalem conditionem corporis Christi antequam pateretur: uerumetiam eiusdem corporis iam immortalis facti conditiones & statum post resurrectionem. In quo corpore diserte Augustinus negat Christum præsentem adesse, in terra uel uisibili uel inuisibili forma. Id

quod

2. Modi præsentiæ Christi August. cogniti & licet. neteri sed papist. serium excogitauit.

quod ipse idem Augustinus post pauca uerbis haud obscuris docet, inquiens. Modò expositis duobus hisce modis præsentiæ Christi: qui nunc sua Maiestate, prouidentia, & gratia semp in mundo existit: cũ ante ascensum eius in cælos præsens etiam carne adesset, in qua eum contulerit ad dexteram patris, nunc sanè in eadem absens est à mundo, arbitror nihil superesse dubitationis in hoc negotio. Hactenus Augustinus. Age dum igitur M. Vuatsone, si Augustinus modò non agnoscit aliam Christi præsentiam in terra, nisi solius diuinitatis, cũ eius humanitas in cælis existat, an non cogimur nos idem confiteri & credere? Sin uerò tertium quendam modum præsentiæ Christi quæritis: ut semper adsit corpore in sacramento inuisibiliter præsens, uti tu statuis: sanè cum huius nostri Augustini in omnibus suis scriptis meminerit, negare nõ potes quin Augustino asscribas id de quo nunq cogitauit.

O infantiam. VVATSONVS. Qui sic? Annon eodẽ in loco August. allegat à Stephano adhuc in mundo uiuente cõspectum Christũ, etiã posti ascendisset? IO. FILPOT. Ita est: sed uti scriptum est tamen: nempe in cælis apertis,

tis sedentem ad dexteram patris. His auditis Vuatsonus conticuit: sed prolocutor tamen contra has Augustini sententias tentare aliquid ausus est, ut socio succurreret. VVESTON. Quamuis nunc in mundo non sit secundum corporalem præsentiam, attamen adest suo corpore. IO. FILPOT. Hærere te uideo ac laborare multum in hac una uoce [secundum] quæ est apud August. At nihil tu dicis de altera, nempe, in qua passus, resurrexit, & cælos ascendit Christus, in qua est in cælis, nõ in terra, uti manifestè exponit ac pronunciat August. loco iam dicto.

Obserua responsum Vuestoni num sobrij hominis uideatur.

Post hæc cum nihil responderent prætera aduersarij, tum cepit D. Decanus Roffensis urgere magis suum prius argumentum, recitatis nõnullis ex libello quodam annotationum. Ad quæ omnia Moremannus (qui designatus erat ut ei responderet) nihil apposite respondit: sed rogabat tantum ut D. Decanus argumentationem conficeret, & colligeret. Atq; ipse ad auditores conuersus dicebat D. Decanũ multa quidem ex doctoribus adferre, sed nõ concludere, neq; argumentari. Cui tum D. DECAN. ROFFENSIS.

Cur isti non respondent aut dant gloriam deo & ueritati? Apparet quòd in illis sit sensus diaboli: quòd sit ut credere nequeant neq; ueritati obedire.

Atq; sententiæ quas ex doctorib. modò retem sui sunt efficaciss. argumenta, quibus te nō spondere cupiò. MOREMANNVS. Fac argumentum, fac argumentum.

[Ita clamando se scilicet præclarè extricabat sententijs grauiss. autorū, quibus respondendo nullus erat]

D. DECAN. ROFF. Iam contraham in argumentum omnia: atq; ex ipsa institutione sacramenti argumentabor. Ita enim habet, Hoc facite in mei commemorationem, atq; ita mortem domini annunciabitis donec ueniat. Ergo sacramentum est tantum Christi memoraculum. Proinde non est ibi reuerà Christus corpore præsens: ut qui nondum aduenerit. Verbis enim illis, donec ueniat, omnino Christi corpus absens significatur.

Quid hoc est, si non est cognitæ ueritati reluctari? Da gloriā deo miser, & pœnitet te peccatorū tuorum.

Contra hæc prolocutor Vuestonus sudare multum ut doceret, eo uerbo, [donec ueniat] nullam Christi absentiam à terra designari, aut euinci, & multa cōgerebat in quibus hoc, donec, non alio sensu foret usurpatum. Sed quidqd diceret, nihil ad Rhombum. Itáq; sic Moremannum prosequi ac urgere cæpit D. DECAN. Edit ne Christus pascha cū discipulis? MOREM. omnino. D. DECAN.

CAN. Eodem ne etiam modo cũ ijsdem discipulis edit sacramentũ quo ibi tum instituerat? MOREMAN. Sanè. DECAN. ROFF. Quid porrò edebat? nũquid suum ipse ibi tum naturale corpus edit, uti nos hodie adhuc facere putatis? MOREM. Ita est. D. DECAN. Rem ualde absurdam dixisti modò.

Cũ his dictis consedisset D. Decanus, tum surgens sic contra cæpit IO. FILPOT. Atqui docebo manifestis rationibus è scriptura ductis, Christum haud quaquam suum naturale corpus edisse cum sacramentum hoc institueret. Nam Christi corpus quod in sacramento datur habet coniunctàm promissionem remissionis peccatorum omnibus dignè manducantibus. Atqui cum ad Christum nihil pertineat hæc promissio, palàm fit ipsum haud quaquam suum ipsius edere potuisse corpus in sacramento. MOREMAN. Maiorem tuæ argumentationis nego. IO. FILOPOT. Quid porrò aliud sibi uolunt hæc uerba [Quod pro uobis frangitur, quod datur pro uobis in remiss. peccatorum?] MOREMANN. Nihil efficis. Nulla

Quam diserte loquatur? Nã promissio non est cõiuncta sacramento solis sed ei rei cuius est sacramentũ: nempe corpori Christi quod cum fide editur cũ sacramento, tum sequatur peccatorum remissio. Alioqui sacramenti ejus non peccatorum habet remiss. sed cõdemnationẽ. Ne quis hic operis operati somnium reducat.

Morem, negat remiſs. peccator. in ſacramento.

hic promittitur peccatorum remiſ. Id quod facilè eſt intelligere ex eo quod apud Io. cap. 6. dicitur, panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita.

Vide hominē plane cæcutientem in manifeſta luce.

Hic cum nihil dignum poſſet amplius reſpondere, tum ei ſuppetias tulit HARPSFELD. Malè tu Filpote accipis promiſſam remißionem peccatorum in ſacramento: quæ nihil ad Chriſtum, ſed tantū pertinet ad diſcipulos: quibus Chriſtus dicit, Hoc eſt corpus meum quod pro uobis tradetur, nō de ſeipſo loquitur. IO. FILP. Rectè ſanè, ac mecum locutus es. Nam hoc fulcrum eſt meæ argumentationis. Cum ad Chriſtum non pertineat promiſſa peccatorum uenia edentibus ſuum corpus, ipſe non ederit ullo modo ſuum corpus. VVESTON. Hoc argumentum prorſus nullum eſt. Alioqui ratione hac eadem Chriſtum neq; baptiſatum euicero: quia promißio remiſs. peccatorum baptiſmo quoque adiuncta in Chriſto nihil loci habeat.

Harpſfeldus Morenamo contradicit & quę putat Filpoto incommodare, maximè haust.

Rurſum Vueſtonus Morenamo contradicit. Non poteſt tamen ueritati obedire.

IO. FILPOT. Nempe ad eundem planè modum quo Chriſtus eſt baptiſatus, ipſe quoque ſacramentum edit. Q nòd autem baptiſmū recepit, non id ulla neceſſitate coactus fecit,

eit, quasi opus haberet, aut aliqd in eo baptis ma operaretur: Sed quia magister, uoluit exemplo præire Ecclesiæ, quò quid illa sequeretur in sacramenti administratione certiss. haberet. Atq; ita se uolebat nobis representare, non autem se sibi dare.

Hactenus nihil de hoc argumento dictum præterea. VVEST. Velis ne tu M. Filpote contra naturalem Christi præsentiam argumentari? IO. FILPOT. Nihil magis optem, si tantum me uelis audire, neq; sermonem interrumpere: ac præterea certum aliquem responsorem designes, non multos: eo quòd multitudo confusionem parit, maximè cum disputator non admodum pollet memoria.

Cur non potius inceptam argumentationem absoluis? Aut si diffidis, da gloriã deo.

Cum iam nox instaret, prolocutor disputationi finẽ fecit ac D. Filpotum designauit, qui in proximum diem primus disputaret de præsentia Christi in sacramento.

DIEI. IIII. ACTA.

FEria igitur 4. quæ fuit Octob. 25. D. Io. Filpotus cũ disputandum (uti à prolocutore designatus fuerat) paratus accederet, uolebat prius oratione latina totum hoc

negotiũ præsentiæ Christi clarè & uerè exponere: nisi prolocutor statim, ve animaduersa, uetuisset ulla oratione uti, aut expositione negotij prolixiore: ac ut tabat etiam ne latinè quidq̃ ageret, ast Anglicè tantum argumentaretur. Cui sic respondit, IO. FILPOT. Atqui principiò disputationis huius nos longè aliud cõstitueratis: nempe, ut latina essent omnia. Ego itaq; latinã argumentationẽ hanc fecerã, Vt etiam (quia tu D. Prolocutor probrũ hoc mihi inscitiæ publicè obiecteras) ego speeimẽ aliquod darẽ meæ qualiscunq; eruditionis. Ita enim sperabam, si qd fortè minus eruditè dictũ à me foret, aut minus piè, quod nequirem uerbo dei comprobare, statim & ab eruditis corrigeretur facilius, & minore rudium auditorum scandalo. VVESTON. Nihil promoues. Aut enim Anglicè agas omnia, aut fileas opus est. IO. FILPOT. Tu malè me turbas: qui tam citò abs tua ipsius constitutione discesseris. Attamen parebo, & orationem omittam, atq; Anglicè quantum potero (quia hæc inexpectata admonitio & mutatio ex tempore iã me coget dicere) omnia argumenta exponam.

ponam. Attamen priusq; ullum argumentum aggredior, paucis exponendum censeo, quod genus præsentiæ in sacramento non admittã: quò melius auditores intelligant finem totius nostræ argumẽtationis. Nõ etenim omnimodam Christi præsentiam in sacramento rectè ad ipsius præscriptam rationẽ administrato, reijcio: sed solam illam carnalẽ crassam præsentiam, quàm uos in hac synodo uestris Chirographis cõprobâstis, quãuis ab omni recto & uero scripturæ sanct. intellectu diuersam. Quòd puta, ratione transubstantiõis panis et uini, naturale Christi corpus ui atq; efficatia uerborũ pronunciatorũ à sacrificulo statim includat & cõtineatur speciebus & accidentibus panis & uini. Hoc ego, inq;, genus præsentiæ, quã homo cõfinxit, nõ deus cõstituit, pernego: cõtraq; sic argumentationẽ instituo.

Nõ negamus Christum præsentem in cœna. Imo cœna non esset Christi ipse fidei intuitu non adesset presens.

Vix finem fecerat cum à prolocutore interpellatus iubebatur ad argumentationẽ accedere. Quam usq; adeò improbam atq; iniquam importunitatem D. Filpotus non ferens: ac sperãs huic malo præsens remedium inuenisse, procidit in genua coram Comitibus & cæteris regulis, qui aderãt frequẽtes:

Vide quibus artibus uelit dicturũ prouritate turbare, & auditorũ attentionem distrahere. Hæ sunt sophistarum. Id est, sathanæ artes.

quorum nonnulli ex ipso intimo Reginæ Maiestatis Senatu: supplex orans, cauerent, ne quis interpellaret deinceps, quò minus posset orationẽ institutã absoluere. Idq; perquam facilè ac liberaliter à DD. impetrauit. At prolocutor artibus usu prælatorum, nihil uoluit concedere: Quin magis clamabat, Aut paucis argumentum absolue, aut sileas.

Vide ut homo male sibi cõscius causæq; diffidens perfricuerit frõtem.

IO. FILPOT. Iam in eo eram, si me passus fuisses dicere. Attamen ante rogandus est mihi Respondẽs, quonam sensu accipiat unũ atq; alterum uestræ hypotheseos uocabulũ. Num eodem quo ueterum nõnulli, quibus solenne est, præter alia nomina cœnam dòmini appellare sacramentum altaris, partim quòd sit sacramentũ uiui illius sacrificij, quod semel Christus in cruce pro peccatis nostris obtulit: partim quia corpus Christi crucifixum, fuerit sacrificium illud cruentum, quod sanguis omnium animalium in lege ueteri effusus super altare nobis præsignabat. Atq; hactenus non malè. An uerò alio sensu sacramentum altaris uocas, respectu illius altaris quod hodie cemento ac lapidibus in templis extruitur, supra quod hoc quod uocant sacra-

Sacramentũ altaris quo sensu à patribus dicatur.

Quo sensu papistæ sacramẽtum altaris appellant.

ramentum suspenditur: atq; idem sit quod sacramentum missæ, uti hodie multis locis in usu est? Nunc ubi responderis argumentationem instituam. CHEDSEYVS. *In nostra hypothesi cum sacramentum altaris dicimus, idem quod sacramentum missæ intelligi uolumus.* IO. FILPOT. *Age, modò anglicè planè (quod prolocutor iubet) loquar & paucis argumentum colligam. Aio, Sacramentum altaris, quod uobis missam significat (quam æquissimo iudicio & pissimo studio semel abolitam, nuper reuocastis) omnino neq; sacramentū est, neq; in eo Christus præsens esse potest. Atq; hoc quod iã dico polliceor me toti Synodo uerbo dei comprobaturum: quin si opus erit, uolo coràm Regineæ Maiestate & eius Senatu intimo idem pronunciare, & tueri contra sex eruditiss. quoscunq; ex hac synodo delegeritis. Quòd si non potero meam sententiam uerbo dei tueri, neque hos sex uicero, tradar ego flammis atq; exurar ante fores aulæ.* (Hæc cum magno spiritu protulisset, Offensus prolocutor cũ aliis nonnullis sic cum sunt allocuti.) VVESTON. ET ALII PATRES PA-

Obserua Candide lector quãtum discriminis est in sermone huius uerii Christi seruii, & reliquorum sophistarum Discipulorum Antichristii.

Cũ respõdere pro suis mẽdacijs nequeant: ueritatis asserorem insaniæ accusant. Hic omnium papicolarũ mos ut intelligas omnes istius magistri diaboli discip.

PICOLAE Satin sanus es? aut intelligis quæ loqueris? IO. FILPOT. Et sanus sum dei gratia: & quæ loquor intelligo. Nolim tamen quenq̃ offendi temere meis uerbis quando paratus sum illa dei uerbo confirmare & tueri. Laudandus d. deus qui hanc Reginæ Maiestati mentem dedit, ut ipsa (sicuti D. prolocutor hic palàm nobis retulit) libertatem omnibus daret sententiam de articulis religionis iam controuersis, liberè dicendi in hoc synodo. Quamobrem uolui ego quoq; tantum pro ueritate sententiam dicere, quam ex ipso dei uerbo didici, ut ut uobis qui in hac synodo præsidetis aliud uideatur.

Hic prolocutor cum cæteris suæ factionis Synodalibus patribus grauius atque acerbius quam antea, ipsum accusabant, quòd adeo impudenter esset contra sacramentum missæ locutus. Ac prolocutor ipse hominem insanum affirmans carceres minabatur. Ad hæc, cum se ita falsum uideret, ut sententiam liberè dicere non posset, erectis in cælum oculis sic exclamat IO. FILPOTVS. O deus, qualis mundus? Qui mores

Hæc sunt arma spiritualia papæ.

bi

bi sunt, ut non ferant homines auditum puri uerbi tui?

Atq; his dictis præ dolore lachrymis obortis conticuit. prolocutor porrò à quibusdam admonitus Filpoto rursum potestatem facit dicendi, modò ut breuibus absoluat & concludat argumentum. IO. FILPOT. Volo quanto compendio potero absoluere. Ac principio argumentationem instituam ex scripturis sacris, in quibus solis fundamentum fidei nostræ situm est. Deinde firmamenta ex patribus & uetustißimis Ecclesiæ doctoribus adducam. Primum quidem, apud Matth. cap. 28. Angelus mulieribus Christum quærentibus apud sepulchrum respondet, Surrexit, non est hic. Apud Lucam 24. Addit Angelus, Cur uiuentem quæritis inter mortuos? Adhuno modum præterea aliâ scriptura testatur Christum surrexisse, ascendisse in cælum & sedere ad dexteram patris. Quæ omnia de ipsius corpore naturali dicta sunt. Ex quibus conficitur, Quòd nullo pacto posit in terris esse neque adeò in sacramento. Id quod rursum clarius docent uerba Christi apud

Nõ enim ómnes ut Vuestiõ, insaniũt. Quo magis mirum quòd hunc prolocutorem designarint.

Arg. Filpoti.

epud Io. cap. 16. Exiui (inquit Christus) a patre & in mundū ueni: Iterū relinquo mundum & ad patrem uado. Quod quidem, uenire & abire, non potest nisi de ipsius corpore naturali intelligi. Quō magis licet affirmare, Ipsum minimè nunc in mundo esse posse. Neq; ignoro quid hic regerant quidam, putantes argumentum diluisse obscura & cæca distinctiōe, uisibilis aut inuisibilis, abitus, reditus, præsentiæ. Id quod mihi met ipse illorū nomine obijcio, ut anteuertendo posim citius finem facere argumentis, quorū mihi magna suppellex: plusq; mille supersunt. Nam distinctionem hanc uerè cæcam facilè conuellunt discipulorū uerba: Ecce (inquiunt) nunc aperte loqueris, neq; prouerbium ullū dicis. Quæ uerba Cyrillus interpretatus, ait, Christum ibi usum fuisse oratione simplici & clara absq; ulla figura aut impedimento aliqua obscurioris sermonis. Proinde sic inde colligo argumentum. Si Christus apertè locutus est absq; ullo parabolæ inuolucro, cum diceret, nunc relinquo mundum & uado ad patrem: Certè nullo pacto ferenda est obscura illa, inuisibilis ac tenebricosa & imperceptiæ

Antypopho ra.

ceptibilis corporis Christi præsentia in sacramento, quæ tota diametro pugnat cum Christi doctrina & tota oratione. Nam si uerũ dicitis, certè apostoli hallucinati sunt, & Christus παραβολικως atq; obscure admodum ibi locutus est. Nũc quid ad hæc respondeas expecto: posteà citaturus patrum & Doctorum Eccles. sententias. CHEDSEYVS repetita Filpoti oratione sic ad singula respondit. Angeli ad mulieres sermo de Christo [surrexit, non est hic] nihil ad præsentiam Christi corporis in sacramento pertinet: cum dictus sit de ipsius præsentia in sepulchro, ubi ipsum mulieres quærebant. Proinde Angelus subiecit: Cur quæritis uiuentem apud mortuos? Quæ porrò ex Io. 16. protulisti, ad ipsius ascensionẽ pertinent, ita interpretãte Cyrillo, quod certò discipuli nouissent Christum uelle uisibiliter cælos cõscendere: id quod tamẽ præsentiam corporis eius naturalis in sacramento non excludit: Nam Chrysostomus ipse scribens ad pop. Antiochenum idem affirmat, Christum cũ Elya, Carnem Christi cum Elyæ ueste conferens, Elyas (inquit) cũ curru igneo in altum raperetur, uestẽ post se reliquit,

Collatio Elyæ & uestis eius cum Christo & carne ipsius ex Chrysost.

liquit Elyſæo diſcipulo ſuo. At Chriſtus cælum aſcendens carnem ſuam ſecum duxit, ac ſimul carnem ſuam retro ſe reliquit. E quibus neceſſariò conficitur, Chriſti carnem uiſibiliter aſcendiſſe in cœlum: attamen inuiſibiliter manere in ſacramento altaris. IO. FILPOT. At nihil tu ad Angeli orationem, [Chriſtus non eſt hic, ſurrexit] appoſitè reſpondiſti, quia quod erat præcipuum tranſgreſſus es. Ita enim inde colligo. Ipſe ſurrexit, aſcendit & ád dexteram patris cõſedit, Ergo non eſt in terra. Neq; ſatis reſpondes ad Cyrilli ſententiam. Sed priuſq; interpretationem ſententiæ Cyrilli tuam excutio, lubet propius Chryſoſtomi ſententiam intueri quæ uobis Achillæum argumentum dare uidetur, ad conſtituendum ueſtrũ craßiß. doggma de præſentia corporali Chriſti in ſacramento. Sed mox palàm faciam quantum illa pro uobis faciat.

Vt omnia tuta timet mens mala conſcia.

Hic ueritus prolocutor unum ex præcipuis præſidijs euerti: ut auditorum attentionem frangeret, atq; à Filpoto auerteret, ſententiam Chryſoſt. latinè primũ deinde etiam Anglicè recitauit. VVESTON. Obſer-

uate

uate diligenter quotquot adestis Chrysostomi dicta, quæ nullus possit conuellere. IO. FILPOTVS. Atqui mox docebo quàm parum uobiscum faciat. [Cum porrò hic eum prolocutor, uti solitus erat, interpellasset, non contentus sic est auditores allocutus]

Prolocutor hic se putat in sophistarum schola nunc esse: ubi moris est, quoties Respondens ui argumentorum opprimitur, tum cauillis aut calumnijs, atque etiam interpellationibus disputatorem ab instituto uiribus omnibus auertere. Iratus ad hec cum suis VVESTON. Ait: Filpotus nihil contra hanc Chrysostomi sententiam prorsus habet, præter uanas animi somniantis cogitationes. IO. FILPOTVS. Audi itaq; ac deinde iudicabis. Nam uti hactenus feci ita deinceps quotiescunq; aliquibus meis argumentis opponetis autoritatem hominum, ego respondebo, uel autoritate scripturæ sanctæ uel testimonijs etiam doctorum, quorum par erit autoritas cum ijs quos produxeritis: nil ex meo cerebro. Alioqui nulla mihi fides habeatur. Et sanè ut Chrysostomi præsidium uobis eripiam duabus

Cur igitur non patent.

Ioan. Filpot. Chrisostomum doctiss. interpretatur.

bus id efficere rationibus. Vna est ex scripturis, Altera ex ipso Chrysost. Primum itaq; cũ dicit Christum cũ ascenderet secum carnem suam sumpsisse, atq; etiam carnem retro se suam reliquisse, uerissima est oratio. Nanq; hoc profitemur ac simul credimus omnes: Quòd Christus in uirginis utero naturã nostrã sibi sumpserit, quapropter illi ita sumus coniuncti, ut caro illius rectè & dicamur & simus: proinde Chrysostomus uere affirmat, illum carnem suam quã in uirginis utero acceperat secum subuexisse in cælum: ac simul etiam retro se carnem reliquerit suam, quæ caro nos sumus, electi omnes: quos Paulus ad Ephe. 5. appellat membra Christi, & carnem ex carne, atq; ossa ex ossibus eius. At si quis contra hæc regerat, Eo loci Chrysost. agere de sacramẽto, proindeq; parum appositè nos ad hunc modum uerba eius interpretari: Age, sit ipse Chrysost. suijpsius interpres. Is paulò antequam hæc diceret, in hanc sententiam loquitur. Christus posiã in cælum ascendit, carnem suam nobis in mysterio sacramentis inuolutam reliquit. Quid est (in mysterio) aliud, q̃ sacramentaliter? Et sanè

Chrisostom. nibil pro papistis facit.

hanc

DIEI. VI. ACTA.

PRoxima sequente feria 2. quæ fuit Octob. 30. prolocutor D. Io. Filpotum rogat, Velis ne in quæstionibus antea propositis ad ea quæ ipsi obijcerentur respondere. IO. FILPOT. Imo sanè, quàm lubens id uelim modò uos priores (quemadmodum decreuistis atq; etiam promisistis facturos) plenè respondeatis argumentis nostris paucis. Cum enim è mille unicum hactenus protulerim, necdum uos responderitis: quo iure id à me exigitis? cum meo ipse iure optimo à uobis herbam postulare possim. At si uelitis huic mi nondũ absoluto respondere: polliceor me poste a uobis omnibus quandiucunq; libuerit responsurum. VVESTON. Ede itaq; quod habes argumentum, ut nos respondeamus. En tibi M. Morganum parem designamus. IO. FILPOT. Nuper ad feriam 4. silentium indictum fuit prius q; disputationis dimidium absoluissem: Cuius hæc erat summa ex scripturis s. collectio. Cum humanum Christi corpus in cælos ascenderit, ibiq; ad patris ui exteriam consederit, fieri nullo pacto posse, ut super terrum in sacramẽto existat. Atqui ante, Ilum cum uellet irrisisti. Quis nun uideat hic technas papicolorum.

uisibile, quantumcunq; hominibus placeat. MORGAN. Hoc argumentum pernego. IO. FILPOT. Hoc erat quod probaturus eram: si me passi fuissetis, uti nunc spero. Nam una eademq; natura haud quaq; capax est cõtrariorum. Atqui corpus Christi natura quedam est, humana, non diuina. Non potest igitur in se recipere cõtraria & pugnantia: neq; etiam quidq; quod huic naturæ sit cõtrarium, adeò quod illam perimat. Atqui corpora liter adesse, simulq; eodẽ modo abesse, puta, simul eodemq; momento esse in cælis et in terra corpus aliquod corporaliter, sunt ita pugnantia ut prorsus aduersentur humanæ corporis naturæ. proinde dici nõ potest uerè quod humanũ Christi corpus illud idem quod ascendit in cælis, simul eodẽq; momento sit in cælis & in terra, siue uisibiliter addas siue inuisibiliter. MORG. Maiorẽ syllogismi probato. IO. FILP. En tibi Vigilium qui ex uctus est autor, [& ab ipsismet Rom. pont. ex tuloga ſ. aſcriptus, cui etiam dies feſtus memoratur] MORG. Esti ne hoc scriptura ágere? Docet ex scripturis quod affirmas. IO. FILP. Faciam sine mora. Paulus, Christum affirmat

Adde omni creaturæ, quis spirituali. Quia solus deus infinitus omnia adimplet.

Vigilius

Ad scripturas prouocat, quas tñ odit. Sic phariſei

per

per omnia nobis ſimilem, excepto peccato: Quapropter q̃ negatum eſt naturæ corporis noſtri, puta, ut ſit ſimul eodẽq; momento Londini uiſibiliter et Lyncolniæ inuiſibiliter etc. atq; omnibus creaturis eodẽ modo (uti Dydymus: & Baſilius affirmant) ut ne angeli q̃dem ualeant eodẽ momento in diuerſis locis eſſe: Illud ſanè & Chriſti corpori negatũ aſſero: ac proinde cõtineri corporaliter in ſacramẽto nõ poſſe. VVESTON. Volo tibi M. Filpote iam reſpõdere. Nego ego Chriſtũ per omnia nobis ſimilem factũ: atq; huius mei reſponſi fidẽ tibi facio quod Chriſtus haud quaquã conceptus ſit more noſtro è uirili ſemine IO. FILP. Sed uirtute ſpiritus ſ. conceptã carnẽ ex uirginis carne per omnia noſtræ ſimilem habere fatendum eſt, excepto ſemper ſolo peccato. MORG. Non potes tamen ex hoc dicto pauli tuã maiorẽ ſatis probare. IO. FILP. Itáne uos nihil præter dolos, calumnias & cauillos habetis? Addam alia ſcripturæ teſtim. poſtq̃ hoc non placet, Vigiliumq; tã impudenter reijcis. D. Petrus in ſua concione, quã Lucas refert act. 3. ita de Chriſto pronunciat. Quod illũ oportuit cælo re-

Moſen iactabant Io. 8. Heb. 9. Phil. 2. Didymus Baſilius.

Hui, negat quod ſpiritus ſ. affirmat: & fundamentum eſt noſtræ ſalutis

Fortaſſe cum memnone uadẽ aliunde quã ex uirginis ſubſtãtia conceptam carnẽ. At quãuis non uirili opera, tamen ex ſemine mariæ, quod fuit dauidis ſemen, conceptam carnẽ Chriſti credendum eſt.

cipi usq; in finem & consummationem omnium rerum. Quæ omnia sunt de ipsius humanitate dicta. Si Christū oportet cælo cōtineri, non potest uti cogitatis, hic esse in terris in sacramento. MORGANVS subrisit nihil autem respondit. HARPSFI. Vin'tu Filpote loco alicui Christum necessariò alligare? IO. FILPOT. Nullam equidem uelim Christo necessitatem loci, aut rei cuiusq; imponere, præter scripturæ autoritatem. At illa diserte pronunciat, Christum in cælis agere usq; ad diem extremum, uti iam audiuimus. HARPSFEL. Quid hoc? Tune ignoras, Christum deum esse omnipotentem? IO. FILPOT. Imò probè noui; ac de illius omnipotentia nullus dubito. Verum hic non queritur de Christi omnipotentia, quidnam possit: sed, quidnam agat. Agnosco, si uelit, ipsum ex lapide qui est in muro statim hominē posse facere: atq; etiam plures mundos ex nihilo: Nunquid autem quia hæc potest, statim fiunt? Hæc collectio nulla ratione constat. Nos de ipsius omnipotentia tantum credimus quantum scriptura s. nos docet. Eu porrò tradit, ipsum in cælo

Nū Christus necessariò in certo loco.

Omnipotentia Christi.

esse

esse usq; ad diem aduentus sui? Id quod credere omnino necesse est. VVESTON. Huy quid audio? Christum ne cælo tanq; carcere includis? IO. FILPOT. Num tibi cœlum carcer? Faxit deus omnes ad hunc carcerem ueniamus. HARPSFEL. Nõ significatur uerbo, oportet, ea necessitas quã tu existimas. Multisq; id exemplis scripturæ possem docere. Paulus ad Tim. Oportet (inquit) Episcopum unius uxoris uirum esse. Num ex eo colliges necessarium esse ut Episcopus uxorem habeat? IO. FILPOT. Nihil habet hic locus simile cum eo quem citauimus. Oportet in conferendis scripturarũ locis aliud quàm ipsas nudas uoces intueri. Porrò Paulus tibi monstrat tantũ hoc: Qualisnam esse debeat Episcopus. At Petrus ostendit ubi necessario Christus habitet usq; ad mundi finem. Idq; uerum esse credendum est [ut sciamus ubi Christus quærendus: & nos simul aduocatum habere in cælis credamus] Hoc tuum responsum non magis par est meæ quæstioni: Quàm si modò dicerem, Oportet te hic esse. Quo dicto uellem te hic ita esse significare, ut eodem momento alibi non esses: Tu uerò

Sanè Epicurus &c. mundus hic cœlum est & cœlum carcer.

Vide quàm insulsè immo impie de uocula cõtendunt. Quis istos de inductria ueritati aduersari dubitet?

negares obiecto alio, Oportet te uirum esse bonum, Quo sanè non efficitur ut sis bonus, cum alioqui possis esse pessimus. [Verum iste affirmatur qualisnã esse debeas, etiãsi nõ sis] Videsne quam parũ aptè meo responderis argumẽto?

Tum aliud, oportet (si fortè possit præsenti periculo occurrere) allegauit VVESTONVS. Quid aũt tu ad hoc? Oportet hæreses esse. Nũ necessariò futuræ sunt hæreses propter hoc dictum? IO. FILP. Non id aio: nisi addas quæ mox sequuntur, Vt electi probentur & manifesti fiant. VVEST. Quid ais? Nullúm ne tempus absq; hæresibus? IO. FILP. Nullũ prorsus eiusmodi noui tẽpus. Nanq; ab ipso Abelo & Caino, quæ tum cæperũt semper manserũt hæreses. VVEST. Vin' tu Filpote Morgano respondere in uno atq; altero argumento? IO. FILP. Si prius uni meo argumento respondeatur: idq; ratione dissoluatur. VVESTON. Quid? Tu nullo responso uis esse contentus. IO. FILPOT. Vos ne mihi respondistis, aut argumentum ullum dissoluistis? Iudicent quotquot adsunt docti, quàm uarijs & uanis potius cauillis eluſus sim. Principiò ad Vigilij auto-

Nullum tempus absq; hæresibus.

Vide ut instituatur. Scz. Dolus an uirtus, quis in hoste requirat?

autoritatē nihil est dictū (quāuis uetus est ille Doctor) nisi quod uerba illius nō erant scriptura f. [id quod posset ad omnia uestra dogmata responderi] Ad Petri uero dictū rogastis: num Christum carcere clauderem? Viderint modo eruditi homines iam hoccine sit respōdere adrē appositē? MORG. Agnoscis ne catholicā Ecclesiā: ut ei te subijcias? IO. FILP. Imo uero ac lubens: si illa sit Catholica Ecclesia. Sed cum tam multa de Ecclesia loquari: uelim ex te scire, Quid sit Ecclesia? MORGAN. Ecclesia diffusa est & dispersa per totum orbem. IO. FILP. Hæc nimis obscura, ac penitus confusa definitio. Perinde enim incertus sum atq; ante eā, necdū sat scio qd Ecclesiam uoces. Nā Ecclesiam nullā agnosco, præter eā quæ fundata est in uerbo dei super (ut ait Paulus) fundamentū prophetarum & Apostolorum, hoc est, scripturas dei. MOREM. Quid ego audio? Nū scripturæ ante Ecclesiā? IO. FILP. Cui dubiū? MOREMAN. Sed aliud probabo iam inde à Christo ipso. Certè enim ante ullas scripturas editas erat Ecclesia. Nā Matth. primus scriptor, uix duodecimo anno post Christum

Ecclsia quid

Ignorat homo, Ecclesiam uerbo dei constitui. Quæuos, principes, demētua cœpit, bis ut permittatis Ecclesiaz regendas, qui nesciūt quid sit Ecclesia?

passum cepit Euang. scribere. Nũ ante hoc tempus erat Ecclesia? IO. FILP. Totum argumentum nego. Nam falleris in eo quod scripturæ uocabulo putes id tãtum significari quod ab hominibus mandatum est literis. At reuerà tamẽ omnes prophetiæ spiritu dei propositæ, iam scripturæ erant antequam atramento in chartis exaratæ essent: quoniã iam scriptæ & insculptæ erant piorum hominum cordibus & animis, ac deinceps inspiratæ ori Apostolorum Christi per spiritum ipsius. Exemplo sit Angeli salutatio: quæ certè scriptura erat Christi & uerbũ Dei antequã ullis literis exarata esset. MOREMAN. Phy, phy. Non possum hoc intelligere. Scripturam ne appellas dei, quod nondum scriptum est? IO. FILPOT. Miror quænã hæc sit tua eruditio. Vtinã nunq̃ daretur durior antigonistes. VVESTON. Hoc nimis arroganter abs te dictum. Ante audes D. Marcmanno opponere uiro graviß. & eruditiß. tu inepte atq. insane? Tu dignior qui in Bedlem mittaris, quàm qui in cœtum hunc dignißimorum uirorum uenias. Tibi nihil unquam satis est, homo ad turbas & rixas tan-

Verbum dei & scriptura sunt ὁμώνυμα

tantum natus. Proinde iubeo deinceps ut hac ſynodo abſtineas. Quid uobis uidetur Domini mei? PFAFFI. Placet. IO. FIFP. Ego me terq; quaterq; beatũ exiſtimo quod ita hoc cœtu iam excludor.

Morganus ſurgens cum neſcio quid in aurem inſuſurraſſet prolocutori, tum ſic eſt Filpotum allocutus VVESTON. Ne tu fortaſſis temere hanc Synodum accuſes quaſi nõ ſit facta dicendi poteſtas: age, lubet atq; poteſtatem facimus huc deinceps, uti ante hac, accedẽdi, modò ueſte talari indutus accedas, & cum typeto, uti nos uides, neq; unquam loquaris niſi à me iuſſus. IO. FILPOTVS. At ego malim abeſſe omnino.

Typetus uel typetũ eſt uox anglica, ſignificans ſaſciã lõgam ſæricam aut parmeam, qua pfaſſi utũtur, p hypomide inſigne Antichriſti, quod illi in humeris geſtãt, quia characterẽ utriuſq; manus & frontis quod a beſtia illa acceperũt nemo uidet: uix autem

Hæc finis fuit huius colloquij & ſimulatæ à papicolarum coryphæis diſputationis.

Porrò ſi huius diſceptationis abſolutiſſ. tractationẽ deſideras, Legito libellum D. D. Martyris: in quo diſputationem quatriduo habitam in Academia Oxonienſi (ubi ipſe Regius profeſſor erat) expònit. Quæ diſputatio duplici nomine digniſſ. lectu uidetur: tum quòd huius eſt quædam quaſi expoſitio: tum quia illa quoq; ante annos 5. Regia au-

tericis charac-
terem, nisi cũ
suis sacris ope-
rantur Hic au-
tem typetus il-
lis seruit, ut ubi
ꝑ agnoscãtur
magistri nostri
ab Antichristo
ordinati.

toritate & mandato habita est, præsidenti-
bus ampliss. & piiss. DD. R. D. Henrico
Lincolinens. Episcopo, & D. Doct. Richardo
Coxo Decano & Cancellario Oxonienſi me-
ritissimo, qui tum quoq; R. Eduardi 6. puer-
ritiam pietate & omnigena eruditione for-
mabat: quorum ille placida morte quieſcit in
Christo: hic aũt pro omnibus suis in regnum
Angl. meritis, cum multis piis indigna paſſus
postq̃ papicolæ obtinuerunt, fortiss. tamẽ pe-
ctore, ut verum Christi seruum decet, omnia
hactenus pertulit, carceres & bonorum om-
nium iacturam.

O Domine quousq; tandem patieris Im-
pium dominari?

Ne finas multam uim Eccleſiæ tuæ & piis
seruis tuis illatam.

Soli Deo gloria.

S▸ D▸ S▸ M▸

PVRGATIO RE-
VERENDISS. IN CHRISTO patris ac domini D. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, aduerſus infames ſed uanos rumores à quibuſdam ſparſos de miſſa reſtituta a Cantuariæ.

VAmq̃ Sathan uetus Chriſti hoſtis, mendax ipſe atq; mendacij parens, nullis unquã temporibus abſtinuit ſuis armandis mancipijs & membris aduerſus Chriſtum & ueram ipſius religionem, uarijs ſubinde excogitatis mendacijs: idem tamen his noſtris temporibus agit ſanè perquã ſedulò. Nam cum Rex Henricus, 8. Princeps Illuſtriſs. memoriæ, deprehenſis erroribus atq; infandis abuſibus lattuæ miſſæ, ipſam aliquouſq; cæpiſſet corrigere, deindeq; filius q proximè ſecutus eſt ſupremus Dominus noſter Rex Eduardus 6. non ferens hos tantos tamq; manifeſtos errores atq; abuſus omnes penitus ſuſtuliſſet: reſtituta ſacroſ. Chriſti cœna planè ad ipſius inſtitutum atq; Apoſt. & Eccleſiæ primitiuæ exemplum: diabolus, contra tentauit

nuper

super, si posset rursum eiecta dominica ce-
ua, latinam ac satisfactoriam missam (suum
ipsius inuentum & institutum scz.) rursum
hominibus nostris obtrudere. Atq; id quo fa-
cilius posset effici, ausi sunt quidā abuti no-
mine nostro Thomæ Cantuar. Archiepisco-
pi: spargentes in uulgum, missam meo iussu
Cantuariæ restitutam: meq; adeò cantatu-
rum fuisse missam in funere nuper Principis
nostri summi Eduuardi sexti Regis: imò idem
quoq; facturum recepisse coram Maiestate
Reginea, et ad Paulū, ac nescio ubi præterea.

Hoc uanū fu
isse docuit eue-
tus. Effecit n.
Reuerendiss. ut
in funere om-
nia seruarētur
atq; ipsa cōmu-
nio haberetur
iuxta ord. libri.
Quamuis con-
cionem ibi ha-
buerit d. Day,
dictus Ep. Ci-
cestr. qua iam
tanq; præcur-
soriam papis-
mo parabat.

Porrò tametsi iam 20. ab hinc annis mul-
tos eiusmodi rumores de me uanos & falsos
pertulerim uteunq; fortiter & modestè, nū-
quā data hactenus significatione ulla cōmo-
ti animi ob res eiusmodi: attamen si quando
in fraudem atq; iniuriam ueritatis dei talia
inferrētur, haud quaq; diutius perferri pos-
se iudico. Quæ me res impulit ut scripto hoc
testatū uniuerso orbi facerem: nunq; me au-
tore missam Cantuariæ cantatam: sed uanum
quendam adulatorem, mendacem atq; hypo-
critam Monachum, me nec consultore, neq;
conscio ibidem hoc ausum fuisse, DOMI-

Is est doct.
Thornton⁹ suf
fraganeus: me-
rè spinosus ho
mo.

NVS ILLI REDDAT IN DIE
ILLO.

illo. Quòd porrò me ipsum obtulerim ad legendam missam coràm Maiestate R. aut usq; alibi: quàm id unum sit satis nouit ipsius Maiestas. A qua si potestatem impetro, palàm omnibus faciam, contráq; omnes diuersum putantes probabo, Omnia quæ in Communione (quam restituit innocentiß. idemq; Opt. Princeps R. Eduuardus 6. in Comitijs regni) leguntur, respõdere institutioni Christi atq; Apost. & primitiuæ Ecclesiæ exemplo multis annis obseruato. Missam contrà, in plurimis non tantum hoc fundamento carere Christi & Apost. & primit. Ecclesiæ: sed imò aduersari prorsus atq; ex diametro pugnare, undiquaq; erroribus atq; abusibus refertißimam. Quamuis autem à nonnullis imperitis & maleuolis dicatur D. Petrus Martyr indoctus: sit tamen nobis hanc libertatem det Maiestas R. Ego cum Petro Martyre atq; alijs 4. aut 5. quos mihi delegero, fauente deo confido, nos idem omnibus approbaturos: nõ solum preces com. ecclesiasticas, administrationem sacram, cum cæteris ritibus & cerem onijs: uerùm doctrinam quoq; uniuersam, ac religionis ordinem constitutum à supremo nostro D. Rege Eduuardo 6.

Idem non itaq; pridem pro concione coràm Rege Eduardo & senatu pronunciauit D. Cancell. gardinerus, ià Vuinton. dictus, quàm hodie fortiter propugnet, eadem prorsus licentia, qua suo scripto de obedientia iam adsertatur: homin. carceres & mortem intentans pro ipsis, quæ ibi non tantùm confirmat, sed etiã docte probat.

puric-

pariora hæc esse, & uerbo dei magis consentanea, quàm quidquid Mille retro annis in Anglia usurpatũ nouimus: tantummodò iudicentur omnia per uerbum dei: ac describãtur partis utriusq; argumenta, quò primum possit orbis uniuersus ea examinare & iudicare, deinde nequeat pars ulla dicta factáue sic descripta inficiari. Quoniam uerò gloriantur illi, & iactant Eccl. fidem, quæ fuit 1500. ab hinc annis: Nos hac quoq; in parte cum illis periclitari audebimus, quod eadem doctrina atq; idem ordo ab omnibus seruari debeat qui fuit illo seculo ante annos 1500. ac præterea docebimus argumentis firmis, totam rationem cultus d. ecclesiastici, quæ nunc in hoc Regno seruatur autoritate Comitiorum, eandem esse, atq; illam ipsam quæ fuit ante annos 1500. Id quod alij de suis nunq̃ probauerint.

Diserté, auto ritate Comit. dictũ. Contra quam papicolæ sua omnia reuo carunt non expectatis aliys Com. uti fatere ll. ac iura Regni coge bant. Sed cum metuerent con gressum piorũ & seruan exa men suarũ nu garũ abusuũ potestate com mu ll. Regni ut tantum con tra dei uerbũ.

FINIS.

Lecta pub. Londini in uico mercatorum ab amico qui clam autographum surripuerat 5. Septemb. Anno Dom. 1553